



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

Excalvinizati Catechismi Calvino-Heidelbergensis Dominica Prima.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

EX CALVINI-  
ZATICATECHISMI  
CALVINO-HEIDELBER-  
GENSIS

DOMINICA PRIMA.

QVÆSTIO I.

*Quæ est unica consolatio in vitâ &  
in morte?*

RESPONSI.

V O D animo pariter &  
corpore<sup>a</sup>, siue viuam si-  
ue moriar<sup>b</sup>, non meus<sup>c</sup>,  
sed fidissimi Domini &  
Seruatoris mei Iesu Christi <sup>d</sup>esse de-  
beam ac possum proprius<sup>d</sup>: qui precio-  
so suo Sanguine pro omnibus pec-  
catis<sup>e</sup> nostris plenissime satisfaciens  
nos ab omni potestate Diaboli  
liberauit<sup>f</sup>; nosque ita conseruat<sup>g</sup>,

ut sine voluntate patris mei cœle-  
stis, ne pilus quidem de meo capite  
possit cadere<sup>h</sup>, immo verò etiam om-  
ni saluti <sup>i</sup> nostra seruire oporteat<sup>i</sup>. <sup>j</sup> mea  
Quocirca <sup>k</sup> spem quoque nostram de  
vitâ æterna <sup>l</sup> certam facit<sup>k</sup>, vtque i-  
psi deinceps<sup>m</sup> viuamus, promptos ac  
paratos reddit.<sup>l</sup>

a 1. Cor. 6. v. 20. b Rom. 14. 7, 8 c 1. Cor. 6. 19. d 1. Cor. 3. 22. e 1. Cor. 6. 20. f 1. Ioh. 1. g 1. Tim. 2. 6. f Heb. 2. 14. 15. g 2. Thes. 3. 3. h Iohan. 6. 39. h Matth. 10. 29. 30. 31. Luc. 11. i 18. i Rom. 8. 28. k Rom. 8. 16, 12. Eph. 1. l 14. l Luc. 1. 69. 74. 75. Psal. 110. j

Pp AV-

dam ex eo; sed resuscitem illud in nouissimo die. b  
Matt. 10, 29. Nonne duo passeres, &c. Vestri au-  
tem capilli. &c. Item Luc 21, 18. Ex hisce be-  
ne infertur Certitudo fidei ac salutis in  
Communi: at malè, in specie, persona, &  
de facto ut Lutherocalvinistæ volunt i  
Rom. 8, 28. Scimus autem quoniam diligentib.  
Deum omnia cooperantur in bonum ius, quise-  
cundum propositum vocatis sunt sancti.

OMNIA, præter peccatum expiadum  
voto, aut opere operato Sacramenti k Ro.  
8, 16, 17. Ipse enim Spiritus testimonium reddit  
spiritui nostro, quod sumus Filii Dei. Si autem fi-  
lii, heredes quidem Dei, coheredes autem Christi.  
Si tamen compatimur, ut & conglorificemur.  
Eph. 1, 14. Qui est pignus hereditatis nostra, in  
redemptionem acquisitionis, &c. l Luc. 1, 16. Et e-  
rexit cornu salutis nobis. v. 74. Ut sine timore de  
manu inimico lib. seru. illi in sanctitate, &c. Ps.  
110, 3. Confessio & magnificatio eius: a opus eius, & in-  
stitia eius man. in se.

## QUÆSTIO II.

*Quot sunt tibi scita necessaria, vt ista  
consolatione fruens, beatè viuas  
& moriaris?*

RESP. Tria in ceteris. Primum,  
quanta sit peccati mei & misericordia  
mea magnitudo. Secundum, quo  
pacto ab omni peccato & miseria li-  
berer. b Tertium, quam gratiam  
Deo pro ea liberatione debeam. c  
ab Rom. 7, 24. Mat. 11, 28. 19, 30.

## P.R.L.

a. Cor. 6, 20 Glorificate & portate Deum  
in corpore vestro. b Rom. 14, 7, 8. Nemo enim  
nostrum sibi vivit, & nemo sibi moritur. Siue n.  
vivimus, siue morimur, Domini sumus. &c. c.  
Cor. 6, 19. Membra vestra templum sunt Dei  
Sancti, &c. & non estis vestri.

RESP. a, b, c. De Iure sumus Christi; at de  
Facto esse debemus & possumus. Nota, Calvi-  
nistæ, ad persuadendam Fidem Specialē, in  
toto Catechismo fallit ab sēcūlārē ambiguo, ca-  
piens Communem Iuris, pro Speciali ac  
personalī, qui est Facti. Proinde ibi de o-  
mnibus dicitur fidelibus iustis; et que de  
fide: Non autem Me in singulari: ideo-  
que hoc non est fidei, sed spei bona cum ti-  
more. Qui sensus est & subsequentium. d.e.  
f.g. h.i. k.l.

d. i. Cor. 3, 22. Omnia vestra sunt; vos autem  
Christi. e. i. Cor. 6, 20. Empti enim estis pretio  
magni. f. Joan. 1, 7. Si in luce ambulamus, sicut  
& ipse est in luce. Societatem habemus ad inicū,  
& Sanguis Iesu Christi filii eius emundat nos ab o-  
mini peccato. g. 1. Tim. 2, 6. Iesus qui dedit semeti-  
psum redēptionem pro omnibus. h. Hebr. 2, 14,  
i. Quia ergo pueri communicarunt Carni &  
Sanguini; & ipse similiter participavit eisdem; vt  
per mortem destrueret eum, qui habebat mortis  
imperium; id est, diabolum. g. 2. Th. 3, 3. Fidelis  
Deus, qui confirmavit vos, & custodiet a malo.  
Ioh 6, 39. Hoc est autem voluntas Patris mei,  
qui misit me; vt omne, quod dedit mihi, non per-